

Johann Quistorp Georg Philipp Zum Damm

Quaestio Symposiaca, Utrum Sine Laesione Conscientiae, In Sanitatem Aliorum, Largius Bibere Liceat?

Rostochii: Kilius, 1666


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740045903>


Druck Freier  Zugang




RU theol. 17.Jan.1666

Quistorp, Joh.







4

I. N. I.

Quæstio Symposiaca, ¹⁷⁴

**UTRUM SINE LÆ-
SIONE CONSCIENTIÆ, IN
SANITATEM ALIORUM, LAR-
GIUS BIBERE LICEAT?**

Piè sentientium scrutinio publ. exposita,
cum licentiâ R. Collegii Theologici,

A

PRÆSIDE

D. JOH. QUISTORPIO,

ΘEOΛ. Fac. SEN. ac DECANO.

&

RESPONDENTE

GEORGIO PHILIPPO zum Dammi

Mœno - Francof.

In Auditorio M. horis matutinis.

d. XVII. Jan. ANNO M. DC. LXVI.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. ¹⁶⁶⁶

Theol.

I. N. I.

Quaestio Symphora

UTRUM SINE LAE
SIONE CONSCIENTIAE IN

SANITATEM ALIORUM LAR-

GIS BIBERE LICET?

Præsentationem scripturæ publicæ
cum honoribus Collegii Theologici

A

PRÆFATE

D. JOH. GEORGI
BECANO.



RASTOCHE

GEORGIO PHILIPPO Juno Camerario

Memo-Francos

In Auditorio M. horis matutinis

ANNO M. DC. LXVI

ROSTOCHE

Typis JOHANNIS KELLII, Acad. Typogr.



Sque adeò ventrem
poculis onerare consueti,
continuo nectare madent
Populares nostri Germani,
ut Hispanus quispiam,
istud vulgare nobis obje-
cerit:

*Germani multos possunt tolerare labores;
O Utinam possent tam bene ferre sitim.*

Cui ab aliquo nostratium Conterraneorum, legis
divinæ nescio, responsum:

*Ut nos dura sitis, sic vos Venus improba vexat,
Lex Veneri data est Julia, nulla mero.*

Ita utraq; Natio aliam rigidius traducit, & Chri-
stiani eo eheu! nequitiae progressi sunt, ut non
solum non clam habeant malefacta sua, sed sine
rubore, sua adhuc jactitent flagitia, Sodomitis
haud multum dissimiles, Esaiaë, c. 3. v. 9. Qui vitam
suam nequissimam, laudi sibi ducebant. Ad quæ

A 2

verba

verba Prophetæ, Regii Viri, notanter monet no-
ster Cramerus; Daß ist der höchste grad der bosse-
heit / sich der Sünden rühmen / und aus den
Schandflecken wollen Ehre jagen. Es seind zu
Unsern Zeiten der Epicurer viel / die bey dem Trunck
sich rühmen / wie viel sie auff der Seelen haben / wie
viel Huren (mit Gunst) sie gehabt haben / und wie
starck sie sauffen können. In summa / Schande muß
bey ihnen Ehre / und Tugend Sünde seyn. Contra
hoc regnans per Germaniam vitium, Magnus D.
Lutherus T. VI. Jen. p. 163. emphaticè intonat: Es
mus ein jegliches Land seinen eigenen Teuffel haben /
Welschland seinen / Franckreich seinen. Unser
Teutscher Teuffel / wird ein guter Weinschlauch sein /
und mus Sauff heißen / daß er so dürstig und heilig
ist; und wird solcher ewiger Durst Teutschlands
plage sein und bleiben / hab ich Sorge / biß an den
Jüngsten Tag. A Gvevarrà relatū legimus, Asiati-
cum Virum Europam ubi perlustrasset, dixisse:
Esse Populum quidem laudabilem, sed hoc ha-
bere vitii, quod annuatim stultescat, & insaniat
suis in Bachanalibus. *Sunt enim convivorum luxu-
ria, & vestium, agnæ Civitatis indicia, uti Seneca
scribit Ep. 114. Si cœdierunt tempora Noæ, ubi
sedebant Populi manducare & bibere, & surge-
bant ad ludendum.*!

§. II. Ast ut Ebrietatis vitium ejusq; syr-
ma, utramq; hinc paginam faciat, non est nostri in-
stituti: saltem ejus famosissimam speciem, LAR-
GIUS BIBENDO IN SANITATEM ALIO-
RUM, Deo duce, ventilabimus studiosius, &
quot peccatis hæc Symposia, hæc Cœnæ secun-
dæ, & hæc rubricatæ Computationes scateant,
quæ de die, per noctem in diem, in tot salutes,
ut tandem salutis nihil restet, continuari solent.
Quam propinandi artem, mundus in maligno
positus invenit, ut hac occasione, postquam bi-
bendo sitis extincta, invitari adhuc inebrientur,
& ad flagitia turpissima perpetranda inflammen-
tur: Ut hospites joculariter agant, ut secreta
sua manifestent, ut ex crapulâ obdormiant, vel
vomant exhausta, ut domi trahi opus habeant,
ut sequenti die capitis gravedinem accusent, ac
demum cum Epulone ad Infernum descendant!
D. Danh. part. 2. Der Gathech. Milch/Conc. 47. Ihr
Gäuffer/ ladet die Leute ein als Freunde/ und lasset
Sie als Feinde wider von Euch: besser thätet Ihr/
wann Ihr den Wein auff der Erden ausschüttetet.
Infernalis hic potus, ut succedat Combibonibus,
astantes magno boatu acclamant his Bibulis, istud
stupendum *Runda Runda*, & Magnates *soteria*
bibendo, tormenta explodi curant, & Taratan-
taræ

raræ sonum ebuccinare jubent. ò utinam Crapula prior esset Ebrietate, & nemo Vinum usq; adeò immoderate biberet!

§. III. Aliquis Ziphælius D. Herbipolensis, Anno 1653. variis argumentis arietat in hanc Conviviorum Christianorum Saburram; Et statim ab initio *contra rectam Rationem* errare asseverat, hos bibulos mendaciloquos, in sanitatem alterius bibendo; Vel qui judicant, se bibendo, sanitati absentis aliquid prodesse posse. Sed uti quis vestiendo corpus, suo non alterius pudori seu sanitati consulit, ita sanè potando, nec siti sitientis, nec sanitati ægrotantis prodesse poterit, quin potius bibendo nimium, sanitatis propriæ dispendium facit, & suæ naturæ vim infert, quæ sibimet non solet esse inimica: e.g. Si juxta te haberes medicinale Edulium, numquid melius tum erga ægrotum affectum declarares, istud ad exhauriendum illi porrigendo, quam si ipse abligurires? Nec alterius sanitatis lusor & hostis censeberis. **Wie mancher könnte durch den jenigen Wein/bey dem leben und gesundheit erhalten werden/ durch welchen andere sich zu todt sauffen müssen.** Eadem a. propè in Missis Papaliū luditur fabula, quotiescunq; Sacerdos poculum Benedictum exhaurit solus, pro astantibus sitientibus, & Mortuis, talemq;

talemq; haustum, non Communicantibus prod-
esse fingit. Sed ut nunc sunt tempora, commit-
titur fallacia non causæ ut causæ.

§. IV. Vanus est prætextus, hanc propi-
nandi *Consuetudinem* jam olim in usu fuisse, esse in-
veteratum morbum, qui cum tempore habitum
contraxerit, ideoq; incorrigibilem. *Va!* autem
huic dicit Es. c. v. 20. qui malum bonum esse pronunciat,
Et peccata excusat. Ac juxta Dist. XI. Can. IV.
Consuetudinis ususq; longævi non vilis authoritas
est. Verum non usq; adeo valitura memento,
ut aut rationem vincat, aut legem scriptam. Unde
Augustinus ait in lib. ex dictis Basilii, inviolabilis
est Consuetudo, quæ nec humanis legibus, nec
sacris Canonibus obviare monstratur. Etiam ne-
quicquã ad tempora Prisca provocant, ubi Plutar-
cho teste, invitatio ad Symposia talis institueba-
tur, quæ Hospiti *Quid, Quando & Quantum* lubeat,
potestatem edendi ac bibendi relinquebat. In Re-
gno Assyriæ, nihil ultra necessitatē cuiquã porri-
gebatur, quamdiu ad exemplum legum aulica-
rum convivia sua componebant subditi. Ibi enim
Ester. c. i. v. 8. *Potatio erat secundum legem: Non*
erat qui cogeret: Quia sic praeceperat Rex omni Magi-
stro domus sua, nempe ut facerent secundum volun-
tatem cuiusq;. **ô utinam hæc consuetudo vete-**
rum

rum bibendi rediret, nec tot peccatis & maledictionibus, ex ebrietate & Computatione nimia circulari ac ambulatoria in Sanitatem aliorum profectis, onerarentur Christianorum Mensæ.

§. V. Sin autem hoc tantum agitur, ut ad declarandum suum in Proximum favorem, voveat ejus sanitatem, is multo rectius hoc *votum* solvet Jejunando, quam procaciter ad Ebrietatem usque abliguriendo Scyphos capaciores. Noster Dn. J. C. vota ac Orationes cum jejniis perpetuo conjunctas esse vult. Ambrosius de Elia. c. 17. iis qui in Principum sanitatem vovendo bibunt, his contradicit verbis. *Stultitiam hominum, qui ebrietatem Sacrificium putant, qui estimant illum ebrietate placari, qui jejunium praecepit.* Princeps ubi ægrotâro, me haud curabit, licet pro ipsius sanitate ad insaniam usque biberim. Sed dicant mihi quare ab ejusmodi haustibus *Votivis* honestæ matronæ cum pueris excludantur, qui æquè apti nati sunt, ad honorandum alios, & pro sanitate alterius vota concipiendi?

§. VI. Hæ bibulæ Ollæ contendunt porro, *Σωμεια* ista instituta esse in *Honorem* proximi, undè & hæc pocula communiter stando, basia, infigendo, in genua procumbendo, inter Convivas obambulare solent. Ideo quoque in suam ipsius
fani-

sanitatem vix quisquam sanæ mentis bibere au-
det, ne stultè se ipsum honorare putetur. Qui v.
Deum timent, hunc vanum honoris prætextum,
inter ludibria potius referent, quibus Viri Hono-
rati minimè affici debent, nec possunt. Sed non
attendunt Bibaces, an dignus sit is, in cuius
honorem bibunt, ut vota pro ipsius honore fi-
ant. Fortè is ipse vivit in regnantibus peccatis,
& propterea exprobratione magis quàm congra-
tulatione indiget. Attendere omnino debebant
ad istud Pauli. I. Cor. 5. v. 11. *Scipsi vobis, si is qui fra-
ter nominatur, sit scortator, aut avarus, aut Idololatra,
aut convitiator, aut ebriosus, aut rapax, cum ejusmodi
ne edatis quidem. Habeant Davidem auctorem Ps.
139. v. 21, 22. Nonne Jehova odio habentes te, odi, &
insurgentium in te, tadet me? Profectò odi illos, &
pro inimicis fuerunt mihi. Quisquis ergo tales Ana-
thematizatos, singulari charitatis affectu profe-
quitur, inq; eorum laudem potum voto obli-
gnat, conscientiam lædit suam, & participat de
alieno peccato. Simulatio hinc nullum habet lo-
cum, quæ pugnat cum lege Dei: imò ab omni spe-
cie mali ut abstineamus, oportet. Quicquid a. hu-
jus sit, pergunt indiscretè Filii hujus seculi, poculis
honorare etiam nequissimos, & bibere in hono-
rem de toute la compagnie, meretricum, leno-
num,*

B

num,

num, nebulonum & latronum; idq; poculum
cum tot diris, perjuriis, blasphemis obfignatur,
ut extimescendus sit hiatus ^{hinc}, qui hos mortali-
um nequissimos deglutiat.

S. VII. Calva est excusatio, quod gurgu-
liones provocent ad *Exempla* Optimatū, de Eccle-
sia & Republ. bene merentiū, qui aliquoties de-
prehensi sint bibentes in Salutem aliorum. Sicci-
ne à particulari, argumentum alicujus commatis
esse solet? cum multos bonos quoque & Deum ti-
mentes sciamus, qui hunc bibendi vanum ritum,
detestentur, nec in tale Consortium se pertrahi
finant. J. Chrysoptomū Episcopum Antiochenum,
propter hunc & similem conviviorum abusum,
ab omni abstinuisse symposio, & ne se faceret ni-
mis sodalem, innuit Socrates Hist. Eccl. lib.
6. c. 4to. Sed esto, quod Viri boni quandoq; in
hanc foveā, Vino & Cerevisia madidā inciderint
& stultescant; solent enim excellentissima inge-
nia, aliquid admixtū habere dementiæ. Quod no-
bis ex usu esse potest, ibi exemplum ab iis dunta-
xat capiamus. *Va! qui potentes estis ad bibendum vi-
num Es. c. 5. & Viri fortes ad miscendam ebrietatem.*
Dolendum sanè, quod hodie nihil sit adeò absur-
dum, quod suum non nanciscatur Patronum. Po-
tentes potenter tormenta patientur: Nec eos ex-
cusabit vox bestialis:

Ulula cum lupis, cum quibus esse cupis. S. VIII.

§. VIII. Beati potius censendi, qui antequam participent de peccatis alienis, hinc *singulares* à combibonibus se saluari sinant, & cum Noacho & Lotho soli post tergum mundū relinquunt. Quia stolidi, Solem rotā alicujus currūs vix minorem esse sentiunt, an ideò quoque vir doctus, ne saltem Singularis censeatur, eum globo terræ majorem esse haud sibi persuadere debet? Unus Micha citius carcerem intrare, & Johannes caput suum perdere voluit, quàm se mundo in manifestā iniquitate conformare. Ne quid dicamus de Rechabitis, Jer. c, 35.

§. IX. Equidem uti stulti solent otiosa & inutilia media, ad *finem bonum* assequendum, adhibere; Ita frustra meratius bibendo, sanitatem absentis procurari, assertum eunt Bibuli hi, haud attendentes, quod per illā *Agrotiam*, reatum Divinæ vindictæ inducant incolis terræ. Nomine Dni. abutuntur; Et Creaturarum, illorum iniquitati interservientium, suspiriis onerantur. Rom. 8. 19. Euge, si bibendo sanitati alterius consulere potestis, uti propinantium Vota præ se ferunt, quare non amico, vel Principe ægrotante, & vix spiritum amplius trahente, ubi quàm maximè sanitate opus habet, accumbitis Subditi omnes per Provinciam integram, & in ejus sanitatem mox largius

gius Magni & Imi, Viri & Mulieres bibitis, & do-
lia relevatis omnia? Scitote omnem otiosum actū,
& verbum otiosum, inter Peccata cenferi Matth.
12. 36. à Judice vivorum & mortuorum. Non sunt
facienda mala, ut hinc eveniant bona. Peccatis
Onasticis, scortationibus & adulteriis, corpus à
superfluis humoribus evacuatur; sed ubi est scri-
ptum, morbos, his nefandis remediis, cor lethali-
ter sauciantibus, curari debere? Quia ebrietate
vomitus provocari potest, ergone inebriandum
crebrius? Alia pharmaca Spiritus sanctus nos do-
cet. Quin potius oramus, quandò se malè habet
amicus, & sobria adhibemus pharmaca, ut sit
mens sana in corpore sano. Fides, Jejunia & Ele-
mosynæ, sunt sacrificia Deo grata, & nobis saluta-
ria. Præstat millies mori, quam sanctissimum Nu-
men ex *αγαπεία*, vel in minimis offendere. Quo
spectant ista Augustini (si saltem ejusdem,) serm.
de Temp. 232. *Etiamsi ad hoc veniretur, ut tibi dice-
retur, aut bibas, aut morieris, melius erat, ut caro tua
sobria occideretur, quàm per ebrietatem anima more-
retur.*

§. X. Quod hæc bibendi ratio conjuncta
sit (1) cum *abuso* & profanatione nominis Dei, ex-
perientia dicitur: Vel enim est gratulatio de re-
cuperatâ sanitate. *Solt man aber Gott hierfür
mit*

mit einem grossen Rühsoff / und unmässigen tranck
 dancken? monet D. Menger ad Dom. 2. Adv.
 Vel est votum consequendæ salutis: Sol man
 Gott umb die Gesundheit also ansprechen? ô du
 toll und thörichtes Volck! Vel (2.) *cum incitamen-*
to ad omnia mala. Qualis enim ordo membrorum,
 talis & vitiörum: *Nunquam ego ebrium castum*
putabo: Venter mero estuans, citò despumat in libidi-
nem, Hierony. Ep. 83. ad Oceanum, inq; epist. 1.
 ad Tit. Et (3) *cum Regnorum, Rerum publicarum &*
Oeconomias interitu, Sacræ abunde probant pagi-
 næ 1. Reg. 16. v. 9. & 10. Dan. c. 5. v. 30. & Pro-
 verb. c. 23. v. 28.

§. XI. Si verum fateri velimus, mos hic
 bibendi in Sanitatem aliorū, inventus est ad Jo-
 cum excitandum, in Convivarum delectationem
 & hilaritatem, ut Hospites ex nimio potu madi-
 di, omnes joculariter sine verecundiâ agere in-
 cipiant. Sed turpe est per jocum, Principes &
 Optimates honorare velle. Neq; cum Peccato tu-
 to jocandum. Vos quando contenditis, Deum
 debere benedicere hunc haustum temulentum,
 in sanitatem absentis, à Deo efflagitatis miracu-
 lum, eum tenratis, & vultis ut contra Naturam
 & Justitiam suam, peccata beneficiis penset. Sin
 joco saltem res agitur, Deo illuditis, quod est bla-
 sphemum. *Nolite errare, Deus non irridetur.* Is se-

B 3

riö

riò semper rem agit. Et Væ! Esaiianum Noct-
ebriis, ac per Paulum, nullum ebriosum fore vitæ
æternæ hæredem, minatur.

§. XII. Fugite, quotquot Deum timetis
hanc Babylonem, cum certum sit, per hunc in-
ebriandi modum in sanitatem aliorum, inter Chri-
stianos *Ethnicismum* restaurari; qui testantibus
Tibullo lib. 2. & Martiali, poculis ad invicem cer-
tabant, cum tali glossa: *Bene vos, bene Nos, bene
Me, Bene nostrum Stephanium. Sed bene Messalam
sua quisq; ad pocula dicat, Nomen & absentis singula
verba sonent: Navia sex cyathis, septem Justina bi-
batur: Quinque Lycas, Lyda quatuor, Ida tribus. Nos
verò Christiani, postquam semel solenniter in la-
vacro Regenerationis, valediximus Paganismo,
ad vomitum ut redeamus, minimè oportet. Nox
præterit, dies appropinquavit. Abjiciamus igitur ope-
ra tenebrarum, & induamus arma lucis. Ut inter-
diu compositè ambulemus, non in Comessationibus
& Ebrietatibus Rom. 13. v. 12. Sin verum fateri ve-
limus, homo ultra satietatem bibendo, irrationa-
bili Bruto fit multò deterior, quod comedendo
seu bibendo necessitatis terminos novit, nec ul-
tra quam est opus progreditur, licet sint Infiniti,
qui cogant ad immodestiam procedere.*

§. XIII. Pietatis sectatores, jam olim pro-
pinando

pinando v̄ota recipiabant, & benedictione
 impertitâ potum bibentibus salutarem esse jube-
 bant, uti adhuc mensam, priusquam accumbi-
 mus, *Consecrare* solemus, & *Pincernæ* calicem be-
 nedictum, Regibus suis porrigunt. Et hæ pre-
 ces, referuntur in sanitatem præsentium Com-
 mensalium, minimè in usum absentium & sitien-
 tium, in quorum salutem nequicquam usq; adeò
 se ingurgitant nauci homines, cum propriæ sani-
 tatis & rationis dispendio, ut nec pes, nec caput,
 nec lingua amplius suum officium faciant. Hinc
 arbitramur D. Mirum Conc. V. in c. 53. Et. morem
 hunc bibendi in Sanitatem aliorû, à Josepho Prin-
 cipe Ægypti, iniquè derivasse, his verbis: Also sagt
 Moses / das Joseph geweissaget über den Becher/
 das ist / sein Gebet gesprochen / und vor die Gesunde-
 heit des Königs gebeten / daher kommen die Herrn
 gesundheiten / das man noch auff grosser Herrn ge-
 sundheiten trincket / und vor die Obrigkeit betet.
 Quin potius Patres V. Test. gryphis & ænigma-
 tibus convivia & nuptias condiebant, secuti Sam-
 sonem Judic. 14. Qui proponebat Hospitibus hoc
 ænigma, septem diebus enucleandum: *De co-*
medente exiit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Et
 in sanctissimis Coenis observabant *τοῦ τοῦ ὑμνήσαντος,*
 quo per contubernium, circulatim ac sobrie ca-
 nebantur psalmi Davidici, Hallelujah dicti.

s. XIV.

§. XIV. Neq; optimi Christiani, priscis temporibus *Agapas* suas & *Commestationes*, his ad Ebrietatem concitandam computationibus inquinabant. *Fercula* apposita *Scripturæ* lectione miscebant, quò animi ædificarentur ad bonum, mandante c. 7. Concilii Toletani tertii, cui assentitur *Laodicensis Synodus*, c. 53. his verbis: *Non oportet Christianos ad nuptias euntes, vel balare, vel saltare, sed castè cœnare vel prandere, sicut competit Christianis.* Tertul. In apologet. de convivii Christianorum suorū temporū, ita loquitur. *Non prius discumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur, editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum Pudicis est vile: Ita saturantur, ut qui meminervint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse: Ita fabulantur, ut qui sciant Dominum audire. Post aquam, manualem & Lumina, ut quisq; de *Scripturis sacris*, vel quisq; de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere, hinc probatur quo modò biberit, a què Oratio convivium dirimit. Indè disceditur non in ceteras cætionum, neq; in classes discursationum, nec in eruptiones lasciviarum.*

§. XV. Ast quantum mutati hodierni Christiani ab hesternis, qui gressu Cancrino, ac ordine planè retrogrado, (uti monet *Ambrosius de Elia & Jejunio* c. 13. & 14.) *Initio conviviorum* stantur.

atuntur cyathis pusillis, saturi majoribus. Ad ebrietatem promovendam, diversæ formæ cyathos adhibent, da nöthiget man die Gaste zu trincken aus wunderseltsamen Trinckgeschirren / aus Schiffen / Windmühlen welche glingen wan es aus ist / Affen / Paffen / München / Bähren / Krumbhörnern / Knebelspiessen / welchen zugefallen / manchmal viel zum trinck genöthigt werdē. D. Diederich. Homil. s. c. 2. Sap. Et his ritè compositis, demum temulenti hospites, quasi re bene gestâ, dimittuntur, ac ubi ad vomitū redierunt, adhuc male sano ægræ prolixas agunt gratias, In quos bellè quadrat iuxta *Æsopum* Granvellani Chiliarchi Caroli V. *si aquum est agere gratias iis, qui cum Homines receperunt convivio, Bestias dimittunt, ego quoque vobis gratias ago. ô tempora, ô mores!*

S. XVI. Imò, in tantum se undiquaque diffudit illud Diluvium, ut Episcoporum habitacula, Regum & Principum aula, ac quarumcunq; Domorum mensæ, bibendo nimium diffluant. Impetum hunc bibendine quidem sistere potuerunt, tot Imperii Romani Comitæ, quæ omnem propinandi modum prohibuerunt, & Parochis in mandatis dederunt, ut de eâ re Populum in Concionibus sedulo doceant. Mandatum Cæsaris, in Augustanis Comitibus Anno 1548. In der Reformation guler Policy s. 81. vom zutrincken / verbotenus sic se habet: Weil das zutrincken eine entliche Ursach ist alles übels / demnach gebieten wir allen und jeden Churfürsten / Geistlichen und Weltlichen / und andern Ständen / daß sie ihren Unterthanen zum Exempel / daß zutrincken gänglich vor sich selbst meiden / auch an ihren Höffen / allem Hoffgesinde / und in ihren Fürstenthümen und Landen / allen ihren Unterthanen bey ernstlichen Poen und Straff / das Zutrincken / es geschehe

C

schehe in welcherley weis/ Wort oder gestalt daß er
dacht ist/ oder werden mögte/ zu meiden gebieten/ und
darüber ernstlich halten. Wir wollen auch das die
Obriheit ihren Pfarhern und Predigern befehlen
sollen/ alle Sontag dem Volck zuvertündigen/ daß sie
sich des trinckens enthaltē/ mit erzehlung der Laster so
aus der trunckenheit folgē. Quæ salutaris ConstitutioIm-
perii, repetita est in Recessibus Imp. Anno 1551. 1559. &
sequentibus. Veram cum ipsi Legislatores, legem hanc
salutarem vix servaverint, nec executioni unquam de-
mandarint, Germani nostri antiquum obtinent, recidi-
vam patiuntur, & in hunc usq; diem inter convivandum
poculis mirum in modum certant, *fraternitatemq; bibulam*
ineunt. Et quia venter caret auribus, Imperialia
tot statuta, ac verbi divini Præcones surdam omnibus
narrant fabulam. In *Comitiis* extremis hujus mundi,
coram iudice JESU, Filio Dei, non valebit excusatio, ebrius
fui, si quid delictum, non mihi, sed vino imputandum.
Den zu gleicher weise/ wie jener Richter / für dem auch
Einer mit dieser Außrede auffgezogen kommē / und ge-
sagt / was unrecht sūrgangen / das hat der Wein ge-
than; darauff der Richter geurtheilet und geantwor-
tet / da eben recht / weil es der Wein gethan / so wil
ich die Flasche darin er gewesen / auffhencken lassen:
Also wird der allgemeine Richter / die Flasche für den
Wein / und also dē Menschen ūmb der trunckenheit wils-
len abstraffen. D. Danh. in der Catech. Milch / parte. 2.
pag. 450.

§. XVII. Antequam a. nos hic dicendi finem facia-
mus, libet p̄e & rectē sentientium Judicio adhuc expo-
nere,

nere, *2. Annon, quotiescunq, solus Sacerdos communicat, in so-*
litariis Missis, per istam suam privatam sumtionem, frustra
bibat Calicem in aspectantium, vel absentium salutem? (cum
Sacramentum, nihilo magis sit Sacerdotis, quam cujus-
vis omnino Christiani plebeij:) uti in Sanitatem alterius
bibentes convivæ facere solent. De quibus privatis Mis-
sis, Canon 8. Sessionis 22. in Concilio Tridentino, sic so-
nat. Si quis dixerit, Missas, in quibus solus sacerdos sacra-
mentaliter communicat, illicitas esse, ideoq, abrogandas, ana-
thema sit. Fac esse quosdam in Ecclesia Pontificiâ, qui
Sacramentum pro aliis accipi negent; Præcipui tamen
Doctores eorum, dilucidè idem asseverant, quos inter
eminet Gabr. Biel. lect. 81. his verbis. Sicut os materialis
corporis, non sibi tantum edit, sed alimentum etiam percipit
ad cæterorum membrorum sustentationem, quod in totum cor-
pus transfunditur: sic etiam sacerdos sumit sacramentum,
ejusq, vis in singula Ecclesia membra diffunditur, maxime in
eos, qui in Missâ presentes adsunt. Is ipse lect. 26. ite-
rum scribit, quosdam sublevandæ Sacerdotis memoriæ
causâ, eum docuisse, ut Missam per omnes declinatio-
num Casus diduceret atq; applicaret, hoc sc. modo: No-
minativo, Missa, pro Seipso: Genitivo, Missa, pro Patre &
Matre: Dativo, Missa, pro fundatoribus & benefactoribus
suis: Accusativo, Missa, pro inimicis & accusatoribus suis:
Vocativo, Missa, pro Peccatoribus & infidelibus: Ablativo,
Missa, pro obrectatoribus & maledicis suis. Similiter Vin-
centius de Valentia, in serm. 2. de Epiphian: Tota Chri-
stianitas, Unum est fide & charitate conglutinatum, & ex
multis membris constans: Sacerdos autem os est corporis.
Quare quando sacerdos sacramentum accipit, cuncta mem-
bra reficiuntur. Item, nos communicamus ore Sacerdotis,

audiendo Missam; Perindè monet D. Eckius, de utraq;
specie: *Populus bibit spiritualiter, per os Sacerdotis.* Hæc
diserta verba probant, solos Sacerdotes eorum, in salutem
aliorum ~~in~~ Sacramentalia exhaurire. Sed facile
refutantur hi omnes, ex primâ Institutione sacræ Coenæ,
in quâ nullum extat vestigium, unum pro aliis commu-
nicasse, sed omnes ac singulos pro se accipisse, edisse &
bibisse in Christi *ἀνάμνησιν*. *Sacramenta non profunt aliis,
nisi sumentibus,* refert Bellarm. de Missa l. 2. c. 1. Uti
non potest alter pro altero Baptizari, sed quisq; pro se
ipso in remissionem peccatorum baptizatur, sic quilibet
pro se Eucharistiam in remissionem peccatorum accipi-
at, nisi *Baptismum super Mortuis*, restaurare cum Marcio-
nitis, juxta Chrysost. Hom. 40. in 1. Cor. volet. Uti olim
quidam merâ superstitione inducti, mortuis Sacramen-
tum in ora inferebant; Sic nonnulli consimili supersti-
tione commoti, mortuos baptizarunt, quemadmodum
ex interdicto concilii Carthaginensis III. rectius II. c. 6.
clare liquet. Existimabant enim ipsam Baptismi exter-
nam actionem, ex eo tantum modo quod adhiberetur,
sine ullo mentis instinctu, ad peccatorum conciliandam
remissionem, satis virium habere. Dein, si Judicium
edunt non aliis sed sibi ipsis, qui indignè panem mandu-
cant, quare nec aliis, sed sibi ipsis in remissionem pecca-
torum, qui dignè edunt? At prius est verum 1. Cor. 11.
v. 29. E. & posterius: Etiam praxis Ecclesiæ Vet. recla-
mat his Solitariis Missis, quæ nunquam s. Coenâ celebra-
vit sine Communione alicujus præter sacerdotem, quod
Bell. l. 2. de Missa c. 9. apertè faretur. Ipse Canon Missæ, plu-
ralem numerum Communicantium clarè indigitat. Con-
cilium Nannetense pronuntiat, consuetudinem hanc
esse

esse ridiculosam, & à monasteriis Monachorum exterminandam. Papiense quoque prohibet, ne ullus Presbyter solus præsumat Missam celebrare. Demùm illud omninò tenendum est, non esse penes Sacerdotem, peccatorum remissionem, in sanguine J. C. assignare absentibus seu presentibus, quibus ipse saltem velit. Certissimum meritorum mortisq; Christi fructum, applicat Paulus verè Credentibus: *Deus enim posuit Christum, ut esset reconciliator noster per Fidem, in Mediatore sanguinis sui, Idem Origenes in Lev. Hom. 3. Christus factus est hostia & propitiatio pro peccatis, qua propitiatio ad unumquemq; venit per viam Fidei.* Ubi nihil solidè acceptum refertur Dispensatori mysteriorum Dei, ex opere operato.

§. XIX. Quare adhuc gravius errant Romano-Catholici, & in eundè lapidem impingunt, quoties *Mortuis prodesse adhuc Missas putant*; ac in Canone Missæ contendunt, precationè fieri debere exhausto Calice benedicto, ut Deus meminerit eorum, qui dormiunt in somno pacis, ipsisq; & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, Lucis & pacis indulgeat. Sed quoniam Eucharistia, est medium salutis obtinendæ in hac vitâ, frustra jam vitâ functis aliquid lucrari poterit. Post hanc vitam, non nisi Messis & Judicii tempus restat. *Hæc vita aut amittitur, aut tenetur*, Cyprianus lib. 1. contra Demet. Valeant Pontificii cum suo Purgatorio, non enim inter sinum Abrahamæ & infernum, medium locum agnoscit Dei Canonicum Verbum. *Injuriam facit martyri, qui orat pro martyre*, monet scire Augustinus, *quia fruuntur quiete.* Homil. 49. in Joh. Quod sibi quoque dictum putent Doctores, qui bibitiones sacerdotis in Missis, mortuis in sanitatem vergere, suis nequicquam persuadere audent.


XX. *Expurgatissimi E. tandem, nimium bibaces
In Sanitatem aliorum, & dum tempus est flete & ululate,
si fletum & ululatum æternum optatis evadere. Si viri
Christiani estis, cur non ut Christiani, sed ut Athæi, ut
Sardanapali, ut Epicuræi vitam traducitis? Quicquid
avium volitat, quicquid piscium natat, quicquid fera-
ram discurrit, totum Ventribus sepelitur. Sic omnia ele-
menta ambitiosa Fames pervadit, præter Elementum,
ignis, quod ei in futuro reservatur. Et hæc illis, qui ad
ebrietatem alios dolosè propinando inducunt, dicta sun-
to. Quosq; Episcoporum Excellentissimus S. Ambrosius
T. 1. de jej. c. 14. hac perstringit oratione; *Rogas ad Jucun-
ditatem, cogis ad mortem. Invitas ad prandium, efferre-
vis ad sepulchrum. Cibos promittis, tormenta irrogas. Vina
pratendis, venena suffundis. Nam omne quod nocet, vene-
num est. Etiam major vis vini, quam veneni est. Venenum
vino excluditur, non veneno vinum. Venena caro vulnera-
tur, vino mens. Deus meritò per Moysen, non solum veneno,
sed veneno draconum vinum comparat. Hæc ille. Sed
Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt,
Hunc nostrum ἔλεγχον, ad deridendum propinabunt
Mundo in maligno posito. Quos cum mox perituri
Mundi censurâ, nil moramur. Et Deo Duce, quod
hic λόγος, istud ἔργον ostendemus, ne fiamus**

ΚΤΠΙΕ ΕΑΕΗΣΟΝ!

Improbus, hic mos est, amplis certare culullis,
Et nimium ad potum prospera vota loqui.
Sed melior Tibi mens est, & mihi Suavis Amice,
Rectè ergò ad potum vota bibenda negas.

app. f.

Boethius Frantzen.



Rondeau double.

C'Est bien hardy, que vous allez deffendre
Un tel coup, quæ personne croit attendre
D'un Allemand, [Forcans bien leurs amis,
'A boire la santé, des endormis:]
Voire un tel coup, que nul ne peut comprendre,
Que tant de grans esprits n'ont peu reprendre,
Ny les plus fains, ny d'autres ames tendres,
Mais l'ont trestous esgalement permis;

C'est bien hardy.

Et vous voulez tacher de l'entreprendre,
Sans vous soucier, que cela vous engendre
Rien que rancœurs, & beaucoup de mespris,
Chez tous Amants du pot, vos ennemis.
Allez! on va vous la courronne tendre.

C'est bien hardy.

fait à congratuler Mons le Soustenant, par

Antoine Chrestien Mohr.



Sonnet.

Gesundheit / höchster Schatz der / die am Leibe blinken
Vom Himmel uns geschenkt / was kostes Org und Fleisch
Dich zu erhalten recht? Zerschmälst leicht wie ein Eis.
Ich schweige andere Fäll / und bleib allein beim trincken
Da durch mair auff dich stürmt / das du must mählig sincken

Den

Dan auff Gesundheit des und der trincket sichs im Kreis/
Da von ja der und die fast nichts fühlte oder weiß.
Gesundheit / so spült man dich weg mit dieser Schmincken.
Von dieser Trinckens-art / da mit die Teutschen sich
Vor andern tummelen / und säuschen säuberlich/
Wird ihr mein Herr zum Damm ausführlicher was sehen/
Wie weit sie sich verstreck / und auch in Dämmen seh.
Frisch auff! Getrost gewage? wans Wortgesecht vorbey/
Dan ist der Ruhm erjagt; Auff Arbeit folgt ergehen.

Seinen liebevollten Freunde
Hn. Georg. Philipp. zum Damm/
wie Er öffentl. außier

wieder das Gesundheit-Trincken

Disputirte.

hat mit diesem wenigem nebst anwünschung aller
Seelen- und Leibes gesundheit
beschenken wollen

Bartholdus Eggebrecht / LL. Stud.

*Julcum fatcor frustra haud adulle videris ,
Rostochii scandens pulpica Clara Sophum,
Quidve malis sapiat Cyathis haurire salutem.
Pandis , Materie conveniente foro ;
Perge sub his signis stipendia plura mereri,
Excelso , Lex est, nomine Ductor eris.*

A. Wolff. Rost.


Ad Eruditissimum atque Politissimum.


DOMINUM RESPONDENTEM.

Quid valeant humeri, quid possint cetera Lycei,
Quidque velit celebris divini forma Platonis,
Flagrantem ostentas, urgendo talia, curam.
Hoc est, quod palles? Divinis annue coeptis,
Dulcia Calliopes referent tibi praemia palmae.
Quod restat, grator: De tanto laetus honore,
Omnipotens adsis: Quod voto simplici tendo.

J. M. M.









Improbus, hic mos est, amplis certare cul
Et nimium ad potum prospera vota loq
Sed melior Tibi mens est Et mihi Suavis Am
Rectè ergò ad potum vota bibenda neg

Boe

Rondeau double.

C'Est bien hardy, que vous allez deffendre
Un tel coup, que personne croit attend
D'un Allemand, [Forcans bien leurs an
A boire la santé, des endormis:]
Voire un tel coup, que nul ne peut compren
Que tant de grans esprits n'ont peu reprendr
Ny les plus fains, ny d'autres ames tendres
Mais l'ont trestous esgalement permi
C'est bien hardy.

Et vous voulez tacher de l'entreprendre,
Sans vous soucier, que cela vous engendre
Rien que rancœurs, & beaucoup de n
Chez tous Amants du pot, vos ennem
Allez! on va vous la courronne tendre.
C'est bien hardy.

fait a congratuler Mons
Antoine

Sonnet.

Gesundheit / höchster Schatz der / die am Leibe b
Vom Himmel uns geschenkt / was kosteis E
Dich zu erhalten recht? Zerschmätzt leicht w
Ich schweige andere Fall / und bleib allein beim tr inck
Dadurch mair auff dich stürmt / das du must mählig su

